qualiter Fratres Minores õniũ Ordinũ iã Mẽdicãtiũ, quã non Mẽdicãtiũ gaudẽt priuilegiis. Illud autẽ animaduertẽdũ eſt, ꝙ priuilegijs Ordinibus Mendicantibus & nõ Mẽdicãtibus cõceſſis nõ poſſunt Fratres aut aliȩ Religiones vti & gaudere, ſi earũ puritati & obſeruantiȩ regulari cõtrariantur & aduerſãtur, vt expreſſe declarauit Clemẽs. 7. & vidimꝰ ſupra nu. 25 atq; ita apponitur clauſula illa Fratrũ profeſſioni regularis obſeruãtiȩ nõ contraria, aut alia ſimilis in aliis priuilegijs, dũmodo eorum quibus cõmunicantur obſeruãtiȩ nõ ſint contraria. Quæ limitatio ſẽper intelligitur appoſita, licet in ipſa Bulla non apponatur: aliàs talis cõmunicatio cederet non in fauorẽ, ſed in odiũ, nõ in ȩdificationẽ & ſtabilitatẽ, ſed in diſſipationẽ & deſtructionẽ Religionũ. Et ꝙ in fauorẽ introductũ eſt, in odiũ retorqueretur, cõtra id, ꝙ dictat ratio naturalis & Sacri Canones ꝓclamãt. Ad hoc facit ꝙ dicit Bernard. de prȩcepto & diſpẽſatione, quod eſt introductũ ꝓ Charitate, nõ debet [inquit] cõtra Charitatẽ militare. Quod tamẽ eſſet ſi priuilegiũ cõceſſũ Mẽdicãtibus Charitate & benignitate Põtificia, retorqueretur in eorũ damnũ & deſtructionem regularis obſeruantiȩ. Multa enim